



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

CCXXXII. Bischof Heinrich von Verden genehmigt die Dotation des Altares  
Simonis und Judä in der Katharinenkirche zu Salzwedel, am 12. Januar  
1378.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

de injunctis eis penitentiis in domino misericorditer relaxamus. Actum et Datum Luneburch, Anno M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LXXVI<sup>o</sup>., in crastino assumptionis beate Marie virginis, sub nostro sigillo presentibus impenso, in testimonium premissorum.

*Gercken's Fragm. V, 35, 36.*

CCXXXI. Johann Tebelke, Pfarrer in Kusten, bekennet, von einigen Salzwedelschen Bürgern wegen des von ihnen verübten Spoliums befriedigt zu sein, am 13. Juni 1377.

Ego Johannes, dictus tebelke, Rector ecclesie in kusten, Recognosco presentium tenore protestando, quod super amicabili compositione, per abitros ordinata inter me et coppekium brunowen, conradum brewicze, ermbertum et quosdam alios ciues in soltwelede ratione cuiusdam litis et controuersie, mote inter nos occasione spolij et violencie mihi et ecclesie mee facte, dominus bertoldus antique ciuitatis et tidericus stolteman, noue soltwedel consulum notarii, XXV marcas lubicenses mihi in domo nycolai bungken in luchowe integraliter persoluerunt, alias persoluendas in ciuitate lubicensi, prout in instrumento, super hujusmodi compositione facienda super prononciationem arbitrorum conscripto, plenius continetur, vnde dicte pecunie persolutionem mihi factam ratam tenens predictos ciues et alios ciues in causam ciuitatis soltwedel liberos ab infestatione et impetitione facta uel facienda ratione hujusmodi spolij et violencia dimitto, nec uolo huiusmodi causam amplius luscitare quouis modo. Et ego nicolaus bungken, opidanus in luchowe, bona fide promitto vna cum predicto domino Johanne omnia premissa firma inuolabiliter obseruari. In euidentis testimonium et robur premissorum sigillum utriusque nostrum presentibus est appensum. Datum Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LXXVII<sup>o</sup>., Sabbato ante diem sancti vitij, presentibus discretis uiris hermanno wolter et hinrico sculteti, opidanis in luchowe testibus ad premissa.

*Nach dem Originale im Archive der Stadt Salzwedel, Fach 21, No 27.*

CCXXXII. Bischof Heinrich von Verden genehmigt die Dotation des Altars Simonis und Juda in der Katharinenkirche zu Salzwedel, am 12. Januar 1378.

Hinricus, dei et apostolice sedis gratia Episcopus verdenfis, vniuersis et singulis presentem cartulam uisuris seu auditoris Salutem in domino caritatem. Ea que ad laudem omnipotentis dei et cultus eius augmentum provide defacto nouimus, ut firma et stabilia maneant, nostre pontificalis autoritatis presidio quod expedit communimus. Igitur erectionem et fundationem altaris Symonis et iude in ecclesia beate katherine virginis noui opidi Soltwedel et dotationem eiusdem cum bonis infrascriptis uidelicet in villa Ctzerowe II choros siliginis ab omnibus villanis ibidem de quinque mansis annuatim erogandos, in villa ricze III choros siliginis cum dimidia marca brandenb. argenti ex curia henninck drewes annuatim erogandos, VIII sol. perpetui census

in domibus Johannis amborn et arnoldi lantmans in nouo opido soltwedel et I marcā brandenburgensis argenti in rure putlencze de III<sup>or</sup> mansis annuatim in festo martini erogandam, cum domo sita in nouo opido predicto prope domum Johannis gulleueldes in parte septentrionali, per discretum virum dominum wernerum de chuden pie memorie factas, ritas et laudabiles approbamus et in nomine domini in huius scripture auctoritate nostra ordinaria confirmamus. Jus patronatus vero seu ius presentandi ydoneam personam ad beneficium dicti altaris iuxta dispositionem dicti fundatoris apud honestos viros ac multum discretos Consules Noue Ciuitatis Soltwedel discernimus perpetue permanere. Datum et actum Soltwedel, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LXXVIII<sup>o</sup>., duodecima mensis Januarij, nostro sub Sigillo.

Nach dem Originale aus dem Stadt-Archive zu Soltwedel, Fach 32, No. 9.

CCXXXIII. Das Kloster Iſenhagen verkauft Gebungen aus Dörfern in der Nähe von Soltwedel an den Rath der Altstadt zur Ausstattung eines von diesem gegründeten geistlichen Lehnes, am 26. November 1378.

Coram uniuersis et singulis, quorum interest et quorum interesse poterit quomodolibet in futurum, Nos Hermannus dictus de veltym, prepositus, Mechtildis dicta Hengherduz, abbatissa, Hildegundis dicta de Remstede, Priorissa, totusque conuentus ancillarum Cristi monasterii Beate Marie virginis in Iſenhagen, ordinis Cystertienſis, Hyldenleuensis diocesis, euidenter recognoscentes protestamur per presentes, Quod nos capitulariter congregati, matura deliberatione unanimi consilio concordati consensu ac plena voluntate omnium ad hoc iure requirendorum prehabitis, vendidimus et dimisimus, nec non vendimus et dimittimus rite per presentes ac rationabiliter, iusto ac perpetuo venditionis tytulo, honorabilibus et sollertibus viris, dominis consulibus antique ciuitatis Soltwedele ad vsus cuiusdam beneficii, per eos de nouo fundandi in honorem omnipotentis dei sueque genitricis Marie et omnium Sanctorum, in salutem et suffragium pie memorie videlicet Gherardi, dicti de Lüghe, et domine Kyne, felicis recordationis sue conthoralis, et eorum parentum omniumque Cristi fidelium animarum remedium singulare, vnum integrum chorum filiginis ac XVIII modios filiginis annuorum et perpetuorum reddituum cum omni iure et proprietate, scilicet vnum chorum filiginis in villa Lübaz in curia nunc Arnoldi dicti Cowlize, et XVIII modios filiginis in villa dicta Bynda, in curia nunc Hennekini Cyrowen, ex eisdem curiis singulis annis prouido viro domino Bartoldo Boden presbytero, nunc dicte ciuitatis Soltwedele notario, cui per dictos dominos consules prefatum Beneficium collatum fore scitur, ac ipsius domini Bartoldi in ipso dicto beneficio in sempiternum successoribus, quibus idem beneficium per predictos dominos consules cum vacauerit collatum fuerit, integre perfoluendos, ac per eundem dominum Bartoldum et ejus successores quolibet anno, prout nos hucusque habuimus, subleuandos et percipiendos plenarie cum effectu, pro LXIII marcis denariorum Lubecenſis monete, nobis in paratis denariis per supradictos dominos consules perfolutis, et per nos ad vsum dicti nostri monasterii in alios annuales redditus, videlicet nobis in confinio adjacentes et dicto nostro monasterio magis competentes, commutatis et conuerſis. Renunciantes pro nobis et pro monasterio nostri omni-